Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

peragas Nouem primus eſt dies afflictionis et penitentie ut pro omnibus commiſſis uel obmiſſis deo uoluntarie ſatiſfacias Secundus dies eſt quietis et gratie ut in ſolo deo requiem mentis ponas quia in eo ſolo pax inuenitur et tranquillitas Tercius dies eſt primationis et glorie ut eius conuictione et amplexum feruenti deſiderio iugiter concupiſcas Quibus tranſactis in mane prima ſabbati hoc eſt in futura uita ſpecialiter inter filios et electos dei glorioſe reſuſcitatus etiam in carne tua uideas glorioſam humanitatem xpi in ſpiritu aut beatifice contemplens ineſtimabilem claritatem dei et per hoc adimpleaeris perpetua leticia uultus eius Oro

Domine ihesu xpe qui pro redempcione mundi miſerias et anguſtias obprobria et conuicia calumpnias et iniurias penas et afflictiones paſſionem et mortem patienter ferre uoluiſti tu per hec et omnia que propter peccata noſtra pertuliſti a peccatis omnibus et uicijs ab omnibus huius ſeculi periculis et infernalibus penis a morte ſubitanea et eterna me libera et da michi obſecro te omnia que pro me toleraſti nō fugere uel obliuiſci ſed pre oculis ſemper habere et ardenter amplecti ut laboris et doloris participem etiam requiei et conſolationis tue me uelis eſſe conſortem amen

De ſabbato ſancto lxvij capitulum

Mane autem ſabbati ſtabat ſimul in domo ianuis clauſis domina et alie ſocie ſue cum iohanne afflicte et doloroſe tamquam orphane et plene merore memorantes anguſtias tribulationis heſterne Sedebant ſimul aſpicientes ſe tamen adinuicem cum lacrimis ſicut contingere ſolet in magna preſſura et calamitate grauatis Succeſſiue autem uenerunt diſcipuli plorantes et ipſi tandem ceſſantes a fletu loqui de domino ſuo inceperunt et cum lacrimis diſcipuli ſe redarguunt quod eum dereliquerunt Et de hijs que fecerat dominus ihesus cum eis narrant adinuicem modo unus modo alius et ſic per ordinem domina ipſe eos diligenter et eis compatitur quia in magna ſunt afflictione Quid enim eſt uidere quod domina mundi et principes eccleſiarum et omnium populorum duces et ducum exercitus ſic timoroſi et afflicti ſtant in quadam domicula recluſi neſcientes quid facere debeant niſi quod conferunt et ſe confortant de uerbis et factis domini ſui Domina tamen ſemper mente tranquilla et pacata ſtabat quia certiſſimam ſpem de reſurrectione filij ſui habebat et in ea ſola remanſit fides eccleſie in ipſa die ſabbati et propterea ſpecialiter dies ſabbati attribuitur ei Et ideo alijs luminaribus extinctis una candela in tenebris ſeruatur accenſa quia lumen fidei in ſola remanſit uirgine maria Unde auguſtinus Quem genuit uirgo iniuſte mori dolebat ſperans autem et firmiter credens ipſum ſecundum promiſſum tercio die morte deuicta reſurgere in hac enim ſola interim fides eccleſie in triduo illo ſtabat Et dum unuſquiſque uacillando heſitabat hec que fide concepit fidem quam ſemel a deo ſuſcepit nunquam perdidit ſpeque certiſſima reſurrectionis gloriam exſpectauit hec auguſtinus Non tamen poterat ipſa domina gaudenter ſtare propter memoriam mortis filij ſui paſſi iniuſte Et ſabbato quidem ſiluerunt ſecundum mandatum legis id eſt ab operibus quieuerunt nam ſabbatum cuſtodiri oportebat et tunc neque uendere neque emere neque tale aliquid fieri licebat Unde et ſabbatum ipſum requies ſeu intermiſſio eſt dictum Magna enim dignitas ſabbati quia in eo tota trinitas requieuit Nam pater requie-

uit ab ope creationis quod fuit mag-
ne potencie filius ab ope recreationis
quod fuit infinite ſapientie bonitatis
ſpc ſanctus requieuit hodie i virgine
quod fuit magne et infinite bonitatis
quia ipſa ſtabat ceteris ſcz aplis et mu-
lieribus a gratia ſpc ſancti cadentibus
¶ Cum aut transiiſſz ſabbatu ſed facto
et ſtellis apparentibus poſt ſolis occaſu
cu opari eſſz licitu maria magdalena
et maria cleophe et maria ſalomee ua-
dunt emere aromata pro faciendis vngue-
tis ad corpus ſacratiſſim perungendum
Intuere igitur eas diligenter et que fa-
ciut quomo eundo et redeundo meſtis
vultibus more viduaru et orphanoꝝ
incedunt Emut aromata et redeuntes
parant ſe ad faciendum contra corrup-
tione vnguenta qu neſcientes illud pro-
phetiu Non dabis ſanctu tuu videre
corruptoꝝ Unde theophilus Neqz tame
fidem debitam adhuc habebant ſz ei qu
puro hoi aromata et vnguenta para-
bant more iudeoru qui talia exhibebat
defunctis hec theoph9 Aromata dicuntur
qu aeromata quia diffundebat longe
lateqz odorem in aerem et ſignificant
virtutes quas i conuerſatione mulies
habebant et famam certiſſime que loge
lateqz diffundenda erat Deuote ergo
ille mulieres et ſancte que fuerant ei
uenti obſequte ut etia mortuo pieta-
te officioſa famulatu poſſent ipendere
emerunt aromata et parauerut vngue-
ta ut venientes mane ex deuotione ad
viſitandum ſepulchrum vngerent corp9
ihu ſacratiſſim neqz enim veſpe ſab-
bati precupante iam noctis articulo
adire valuerut monumentu Conſpice
nuc quomo fideliter et deuote cu lacrimis
et ſuſpiriis pro domino ſuo laborant
ſz qu melius ſciut Et in huiuſmodi opib9
per totam noctem laborauerut et ni-
hil uel paru quietis habuerut Domi-
na uero et apli aſpiciut et forte adiu-
uant in quibus pnt adiuua ergo et
tu eas ſi permitteris et potes ¶ Demt
bit in conſideratōe quid fecerit domin9
in triduo mortis ſue Corpus quidem
eius fuit in ſepulchro aia uero cu ſanct9
patribus in limbo et deitas vtrqz co-
iuncta Nam quia paſſio nō attingebat
in xpo diuinaz naturam ſz humanam
ideo in morte xpi ſic facta eſt diuiſio
aie a carne ut tamen ſalua eſſz vnio ca-
rnis qu anime cum diuinitate Ut em
ait leo papa forma ſerui et forma dei
que in vnitatem conuenerunt nec ſepa-
rationem pnt habe nec finem dum ita ſibi
met inheſerunt ut ſiue in oipotencia
ſiue in contumelia nec diuina in xpo ca-
reant humanis nec humana diuinis
Tunc impletum eſt quod de ſeipſo dixit
Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus
diebus et tribus noctibus ſic erit filius
hoīs in corde terre Sepultura em xpi
triduana in iona qui triduo fuit i ceto
fuit pfigurata Hoc aut de ſepultura
xpi ſcdm aug' accipiend eſt ſyno-
doche ſcz accipiendo partem pro toto
fuit em dominus in ſepulchro p extremā
partem paraſceues per quam tota di-
es cum ſua nocte iam pterita accipit
et per totum ſabbatum quod integraz
diem et noctem complectit et p pmā
partem diei dominice ſcz per noctem ſe-
quentem ſabbatu per quam tota dies
dominica ad quaz pertinet itelligitur
et ſicut ſunt tres dies naturales et q-
libz ſuam nocte habuit precedentem et ec
mutatus eſt ordo dieru naturalis nō
ſcdm ad ordinem obſeruationis ſz ſcdm
ad ordinem creationis Nam ante ordo
erat ut dies precedet noctem quia pma

creata eſt dies et ſub ſecuta eſt nox ſed de-
inceps creator temꝑm fecit ut nox ꝑcedet
diem quia nox qua ſurrexit adiuncta eſt
diei quo ſe oſtendit. Unde aug. Dicit primo
computabant dies propter hoīs conditi lap-
ſum a luce gratie in noctem culpe ita
nunc propter hominis reparatione per paſſio
et resurrectionem xpī a tenebris culpe in lucem
gratie merito computantur. Unde et Be-
da. Dominus actor et ordinator temꝑm
qui in ultima noctis huius parte ſurrexit
totā eam inmenꝰ eiuſdem resurrectionis luce feſti-
uā et choruſcam reddit. Siquidem huc-
uſque ab exordio mundane creationis ita te-
porū curſus diſtinguebatur ut dies noc-
tem precederet iuxta ordinem videlicet prime
conditionis. Hac aut nocte tēporū ordo
mutatus eſt propter miſteriū resurrectionis dominice. Nam
quia nocte a mortuis reſurrexit die uero
ſequente eiuſdem resurrectionis effectum diſcipulis
oſtendit et participatio cū eis conuiuio
ueritatem uirtutis eius mirantibus ſimul
et gaudentibus aſtruxit rectiſſime nox
illa ſequentis diei luci coniungitur. ac ſic te-
porū ordo ſtatutus eſt ut dies noctem ſequa-
tur. Et quidem aptiſſime quondam nox
ſequebatur diem quia homo a luce para-
diſi peccando lapſus in huius ſeculi tene-
bras erumnasque decidit. Aptiſſime uero nunc
dies ſequitur noctem quando per fidem resurrectionis
a peccati tenebris et umbra mortis ad
lucem uite xpō largiente reducimur. Unde
etiā petrus cantor. In exordio conditionis
rerū computatur dies cum nocte ſequenti quia
in primaria rerū creatione preceſſit dies noc-
tem. Primo enim facta eſt lux poſtea ver-
gente luce ad occaſum facta eſt nox et
ita fuit unus dies naturalis. Dies precedens
cum nocte ſequenti. In paſſione uero dni
facta eſt mutatio ordinis naturalis
ut ſcilicet computetur nox precedens cum
die ſequenti pro miſterio. nox quia precedat

diem ac ſuper hoc dicatur miſtice ſicut his
aliquando tenebre nunc aut lux in domino et
nox preceſſit dies aut appropinquit. Hanc
aut commutationem naturalis computationis
in artificialem uoluit dominus prefigura-
re in legittimis. Ideoque precepit obſeruan-
cia ſabbati et legaliū fieri a ueſpera in
ueſperā. hec petrus. Et ſic ut uiſum eſt
quidam dicunt hanc mutationem factam in
paraſceue ut nox ſcilicet quinque ferie fuerit
etiā paſceues. alii in nocte resurrectionis ut nox
illa cōis fuit ſabbato et diei dominice. ſed
totū ad unū tendit ſenſum et effectum.

Illa certe hora qua ſaluator inclinato
capite emiſit ſpm corpore in cruce relic-
to aīa ſimul cum diuinitate ad inferna
ſpolianda deſcendit. Cum aut ad inferos
deſcenderet et chorus angelicus ante faci-
em eius portas principum tolli preciperet
ſanctorū populus qui tenebatur in morte
captiuus uoce lacrimabili clamabat ad-
uenisti deſiderabilis quem expectabamus
in tenebris ut educeres uinculatos de clau-
ſtris. Te nrā uocabant ſuſpiria te larga
requirebat lamenta. Tu factus es ſpes
deſperatis magna conſolacio in tormentis.
Quis per ſingula dicere ualeat quanta
ibi leticia fuit cum xpc ſol iuſticie eis ap-
paruit et habitantibus in regione um-
bre mortis diu noue lucis expectata
claritas radiauit. Et ſtetit dns cū eis
ibi et tunc fuerunt in gloria nam uiſio
dei perfecta gloria eſt. Ibidem fuit et la-
tro cui dominus dixerat hodie mecum
eris in paradiſo. Nomine paradiſi notatur
ibi dei fruitio et uiſio diuina quia pacta
paſſione tam ipſe latro quam alii qui erant
in limbo uiderunt eum per eſſentiam.

Iſtud quod xpc infernū introiuit et
ſanctos letificauit prefiguratū erat in tri-
bus pueris in fornace babilonis ubi ad
ingreſſum angeli ignis uerſus eſt in

suauitatem roris qui in fornace erat fu-
erunt pueri sic in limbo nõ erat nisi pui
et innocentes Qui enim ante plenariam
satisfactionẽ decedebant in purgatorio pur-
gabantur et tunc ad limbum ascēdebat
Istud etiam pfiguratum fuit per danielem
in lacu leonum cui dns misit per abacuk
prandium dominus danielem illesum a
leonibus custodiuit et per angelum refec-
tionem sibi misit Sic deus patres i lim-
bo a demonibus defensauit et tandem
ipse ueniens diuina refectione copauit
¶ Et sciendum q nomen inferni sumit
dupliciter sz pro pena et pro loco pene
Secundum pmū modum dicitur q demones
semper infernū secū portant Sz prout
infernus pro loco pene sumitur sic quadru-
pliciter distinguitur Unus infernus dampna-
torū in quo est pena sensus et dampni i-
sensibilis pena et diuine visionis carentia
et sunt ibi tenebre interiores i. absencia
diuine gratie et exteriores sz corporales
Super istū est limbus puerorū in quo
est pena dampni et non sensus et sunt
ibi interiores et exteriores Sup hunc
est locus purgatorius in quo est pena
dampni sensus et dampni ad tempus
sunt ibi tenebre exteriores et nõ īteriores
quia per gratiaz habent lucem interi-
orem Supremus locus inter hec est lim-
bus sanctorz patrum in quo fuit pena dap-
ni et non sensus et fuerunt ibi tenebre
exteriores sz non interiores et pualtis
gracie diuine Ad hunc locū xpc descen-
dit ut suos qui non ppter reatū psone sz
tm̄ ppter reatū nature detinebatur
inde liberauit et sic infernū momordit
quia partem ei abstulit et partē reliqt
mortem uero prostrato auctore mortis
quo ad electos penitus destruxit ut ille q
nichil iuris habebat in capite quod in-
uasit per iniusticiaz plus petendi etiā

id perderet quod habere uidebatur i cor-
pore quod decepit. Xpc enim sm naturā
impassibilis et imortalis fuit quia pas-
sio uel mors pena est pcti sz ipse sine pec-
cato uenit et absqz pctō uixit. sm pōm
uero et mortalis uoluit esse et passibilis
Mercedem qz sue mortis dedit hominum p
quo omnia sustinuit pro passione i pas-
sibilitatem pro morte imortalitatem
pro peregrinatione etiam patriaz Unde leo
pp ̄per sicut improbus predo et auarus
exactor in eū qui nichil ipius habebat
insurgere ab illo iniquitatis exiges pe-
nam in quo nullam reperit culpam et
per iniuriā plus petendi totius debiti su-
ma uacuatur fortis ille nectit̄ vinculis
suis et omē cōmentū malignū in caput ipi9
retorquetur. ligato mundi principe cap-
tiuitatis uasa rapiuntur Unde et ans. Ui-
tam homo deus cū ex debito mori nõ debe-
bat qm peccator non erat sponte de suo
dedit ad honorē patris cum eam sibi auf-
ferri ppter iusticiam permisit Dedit ita
qz humana natura deo patri in illo spo-
te et non ex debito quod suū erat ut redi-
meret se in aliis in quibus quod ex debi-
to exigebatur reddere non habebat Sic
homo ille redemit omnes alios / cū quod
sponte dedit deo computauit pro debito
quod illi debebant Quo pcio nõ semel
tm̄ homo a culpis redimitur sz quotiens
cū digna pnia redierit recipit̄ hec ans.
Non tamen deus dyabolum fefellit aut
fallere uoluit sz dyabolus seipm in deū
insurgendo decepit Unde idem ans. Sic
bone ihū pie redemptor / potēs saluator
cur tantaz uirtutem / operuisti tanta hu-
militate An ut falleres dyabolum qui
fallendo hominē eiecit de paradiso Sz uti
qz ueritas nullum fallit qui ignorat
qui non credit ueritatem ipse se fallit q
ueritatē uidet et odit uel contempnit

Ipse se fallit veritas utique nullum fallit Non
ideo ut ipse dyabolus se falleret Sed uti-
que sicut veritas nullum fallit ita nec in-
tendit ut aliquis se fallat quamvis hoc dica-
tur facere cum permittit Non enim assump-
sisti hominem ut te notum operires sed ut ignotum
aperires Verum deum verum hominem te dixisti
et operibus ostendisti Res per se fuit occul-
ta non studio occultata Non sic est facta
ut absconderetur sed ut suo ordine perficere-
tur nec ut aliquem deciperet sed ut quemadmodum
oportebat fieret Et si dicitur occultata
non est aliud quam non esse omnibus reve-
lata Nam et si veritas non omnibus se
manifestat nulli tamen se negat Ergo do-
mine nec ut falleres nec ut aliquis se
falleret sic fecisti sed ut faceres quod et quomodo
faciendum erat in veritate per omnia per-
fecisti Qui ergo se fefellit in tua veritate
non de te sed de propria queratur falsitate hec
Ans. ¶ Predictus quoque locus supremus scilicet
limbus patrum ad quem ipse descendit
sinus abrahe dicebatur quia ibi abraha-
m liberandus fuit cui primo huiusmodi li-
beratio est promissa Sed nunc celum empyreum
sinus abrahe est quia iam ibi est abra-
ham A nullo autem predictorum locorum est tran-
situs ad alium nisi de tercio ad quartum hoc
est de purgatorio ad limbum sanctorum
Unde cum cantamus libera animas fide-
lium defunctorum de penis inferni sumitur
ibi infernus pro purgatorio sicut et ibi
sumitur pro limbo cum ipse dicitur ad infe-
ros descendisse vel infernum destruxisse
Igitur secundum gregorium quod ante passionem
promisit in resurrectione sua dominus
adimplevit Si exaltatus inquit fuero a
terra omnia traham ad meipsum omnia vide-
licet electa Omnia namque traxit qui de e-
lectis suis apud inferos nullum reliquit
quos suos in fide et actibus recognovit
Expansis in cruce manibus exaltatus
a terra traxisti ad te omnia precor et ob-
secro te benigne domine noli me dimit-
tere in ceno concupiscentiarum trahe me
ad te ut crucifigar tibi et mundo mortuus
tibi vivam vivam vero iam non ego vivat
autem in me ipse ¶ Considera hic attente
quanta fuit ipsius benignitas in infernum des-
cendere quanta caritas quanta humilitas
Poterat enim unum ex angelis ad eos mit-
tere et facere ipsos servos suos liberari
et sibi presentari prout voluisset si hoc su-
us amor et humilitas sustinuisset Per se
ipsum ad inferna descendit et non ut ser-
vos sed ut amicos suos omnes eos visitavit
et ibidem usque ad diem dominicam prope au-
roram cum eis stetit Iubilaverunt autem
sancti patres in suo adventu et repleti
sunt iocunditate immensa omni miseria
procul pulsa Et procidentes adorave-
runt et surgentes stabant in laudibus
et canticis coram eo cum reverentia et ingenti
exultatione Et in huiusmodi laudibus et
canticis et iubilacionibus steterunt in lim-
bo usque prope auroram diei dominice
in conspectu etiam multitudinis angelorum
ibidem exultancium et iubilancium cum
eis Assiste et tu ac in voce exultacionis
et iubilacionis erumpe sanctorum quoque melo-
die tuas preces interpone O quam dulce et quam
iocundum talibus interesse vel saltem a lon-
ge talia contemplari Tunc portis infero-
rum confractis et dyabolo magno alli-
gato accepit eos dominus cum exultacione
ab inferis educens et ante eos cum gloria
et triumpho letus procedens stolarum quoque con-
tu comitante ad superos rediens posuit
eos in paradiso deliciarum et voluptatis
qui est ad orientem in extremis maris
Tunc verus sampson moriens hosti-
lem exercitum prostravit et agnus
sine macula in sanguine testamenti sui
de lacu in quo non erat aqua vinctos

eduxit. Tunc quoque angelus loth cum suis
de sodoma eripuit et nepharios igne
sulphureo involuit. Tunc etiam angelus
egyptum devastavit et filios israhel inde
liberavit. ¶ Cum ergo fortis armatus
scilicet dyabolus custodiret atrium suum id est lym-
bum. xpc fortior superveniens atrium suum
intravit et ipsum per crucem suam de-
vincens alligavit. Istud Banaias olim
in figura demonstravit qui ad leonem in
cisternam intrans cum virga sua ipsum pro-
stravit. Sic xpc intravit ad dyabolum in
infernum et per sanctam crucem prostravit ipsum.
Per fortissimum etiam sampsonem xpc fortis-
simus designatur a quo infernalis leo id est dya-
bolus superabatur. Et tunc homo est liberatus
de captivitate dyabolica que olim fuit in
captivitate egyptiaca prefigurata. Filii
israhel in egypto a pharaone oppressi cla-
maverunt ad dominum pro sua liberatione
et misertus dominus liberavit eos de captivi-
tate. Ita genus humanum a principe tenebra-
rum detentum ad dominum clamavit pro sua
redemptione et dominus misertus eius libe-
ravit ipsum. Hanc liberationem hominis deus prefi-
guravit quando abraham de hur caldeorum
liberavit. Caldei enim hur hoc est ignem
pro deo coluerunt quod cum abraham re-
nueret ipsum in ignem proiecerunt. Deus
autem verus quem ipse coluit de igne eum
liberavit. Sic et sanctos de inferno re-
demit. Hanc etiam redemptionem hominis
deus prefiguravit quando loth cum suis de sub-
versione sodome liberavit. De sodomis tamen
boni liberati fuerunt mali autem igne et
sulphure interierunt. Sic xpc bonos tamen
liberavit de limbo. De inferno autem dampna-
torum nullum eripuit. ¶ Et iusti quidem
cum tanta leticia liberantur. Quis quid pu-
tas indicibilis amaritudinis et incon-
solabilis doloris primo extreme dampnati-
onis accidit remanentibus in igne in-
extinguibili verme immortali tenebra pal-
pabili morte insensibili. De illis quibus
datum est hec potius experiri quam credere vel
timere. Aliqua vero moncula in paradiso fa-
cum eis et etiam cum helya et enoch ipsum re-
cognoscentibus et exultantibus dixit eis
quia esset tempus ut iret ad excitandum
et reassumendum suum corpus. Tunc omnes
procidentes adoraverunt rogantes ut cito
rediret quia gloriosissimum corpus suum
videre plurimum affectabant. Da etiam
michi domine benignissime corpus tuum
gloriosissimum in secundo adventu tuo cum gau-
dio videre et de tua visione eternaliter
cum electis tuis gaudere. Considera nunc
quomodo omnia que xpc pro nobis pertulit
pro nostra utilitate pati voluit. Unde Ysero
quedam verbis colligens sic dicit. Obpro-
bria autem eius nostrum abstulere obprobrium.
Vincula eius nos liberos fecerunt. Coro-
na spinea capitis eius dyadema regum
adepti sumus. Vulneribus eius sanati su-
mus. Sepulturam eius resurgimus et
descensum ad inferos ascendimus ad celos.
Ihesu bone nec adhuc saciata est
tue ineffabilis clementie pieta-
tis misericordia et inferni claustra pe-
netrans tuos captivos redimas. Descendat
igitur illa felix tua et sanctissima anima ad
inferos educens vinctos de tenebris et um-
bra mortis. Descendat et nunc ibi miseri-
cors per hanc ineffabilem pietatem tuam
gratia et anima tua super animas famularum famu-
larumque tuarum parentum et propinquorum
meorum familiarium benefactorum et recom-
mendatorum ut eas a penis quas pro pec-
catis suis merentur eripias et ad gaudia
eterna perducas amen.

De resurrectione domini nostri ihesu xpi capitulum lxxx

Nunc secundum Bernardum aromatibus
redolentibus cum sponsa
et adolescentulis que dicit